

1

FULVIA RIVELA LA CONGIURA DI CATILINA

SALLUSTIO

Pronomi determinativi, personali, dimostrativi, indefiniti, riflessivi; nesso relativo; dativo di possesso; proposizioni relative, causali, comparative, ipotetiche; ablativo assoluto, participio congiunto, cum + congiuntivo

In ea coniuratione fuit Q. Curius, natus **haud obscuro loco**, flagitiis atque facinoribus coopertus, quem censores **senatu** probri gratia **moverant**. **Huic homini** non minor vanitas **inerat** quam audacia: neque reticere, quae audierat, neque suamet ipse scelera occultare, prorsus neque dicere **neque** facere **quicquam pensi habebat**. **Erat ei** cum Fulvia, muliere nobili, **stupri vetus consuetudo**. **Cui** cum minus gratus esset, quia inopia minus largiri poterat, repente glorians maria **montisque polliceri coepit et minari** interdum ferro, **ni sibi obnoxia foret**; postremo ferocius **agitare** quam solitus erat. At Fulvia insolentiae Curi causa cognita tale periculum rei publicae **haud occultum habuit**, sed sublato auctore de Catilinae coniuratione, quae quoque modo audierat, compluribus narravit.

VERSIONE GUIDATA

haud obscuro loco: si tratta della figura retorica della litote, che consiste nel negare il contrario di ciò che si vuole affermare. In altre parole, l'espressione ha lo stesso significato di (*natus*) *claro loco*, cioè «(nato) in una famiglia illustre». *Haud* è avverbio di negazione, solitamente usato per negare soltanto il termine che lo segue;
senatu ... moverant: *senatu* è ablativo di allontanamento, senza preposizione, retto da *moverant*;
Huic homini ... inerat: in generale i composti di *sum* reggono lo stesso caso della loro preposizione, oppure, come nel presente testo, il dativo;
neque ... quicquam pensi habebat: *nihil pensi habere* significa «non dare peso», «non darsi pensiero»; nella frase considerata il pronome indefinito *quicquam* sostituisce *nihil* perché preceduto da una negazione. *Pensi* è genitivo partitivo (di *pensum*, «peso») dipendente da *quicquam*;
Erat ei ... vetus consuetudo: costruito del dativo di possesso: *Vetus* è aggettivo della seconda classe a una uscita, perciò il nominativo in *-us* vale anche per il femminile;

stupri: la parola latina ha un significato più ampio dell'italiano «stupro» e significa qui «adulterio». *Stupri consuetudo*, perciò, è una relazione adulterina. Nell'uso del termine si percepisce la condanna morale, da parte dell'autore, del rapporto tra Fulvia e Quinto Curio;
Cui: nesso relativo riferito a Fulvia;
montis: forma dell'accusativo plurale maschile e femminile della terza declinazione (= *montes*), usata soprattutto in poesia, ma molto frequente anche in Sallustio e Cicerone;
polliceri coepit et minari: entrambi gli infiniti, da verbi deponenti, sono retti dal difettivo *coepit* («incominciò»);
ni sibi obnoxia foret: *nisi sibi obnoxia esset*. *Obnoxia* ha qui il significato di «obbediente», «arrendevole»;
agitare: forma intensiva di *agere*, può avere qui il significato assoluto di «comportarsi», o sottintendere un complemento oggetto (*eam*) nel significato di «tormentarla»;
haud occultum habuit: espressione equivalente, nel significato, a *patefecit*, vale a dire «rivelò».

●●● IL DOLORE DI CICERONE PER LA MOGLIE E LA FIGLIA, RIMASTE A ROMA

CICERONE

Pronomi personali, determinativi, indefiniti; comparativi e superlativi; verbi assolutamente impersonali, verbi deponenti; proposizioni relative, causali, infinitive, complete

Tullius s.d. Terentiae suae et Tulliae et Ciceroni. Accepi ab Aristocrito tres epistulas, quas ego lacrimis prope delevi; conficior enim maerore, mea Terentia, nec *meae* me miseriae magis excruciant quam tuae vestraeque, ego autem hoc miserior sum quam tu, quae es miserrima, quod ipsa calamitas communis est utriusque nostrum, sed culpa mea propria est. Meum fuit officium vel legatione vitare periculum vel diligentia et copiis resistere vel cadere fortiter: hoc miserius, turpius, indignius nobis nihil fuit. Quare cum dolore conficior, tum etiam pudore: pudet enim me uxori meae optima, suavissimis liberis virtutem et diligentiam non praestitisse; nam mihi ante oculos dies noctesque versatur squalor vester et maeror et infirmitas valetudinis tuae, spes autem salutis pertenuis ostenditur. Cura, ut valeas et ita tibi persuadeas, mihi te carius nihil esse nec umquam fuisse.

●●● CICERONE ESPONE ALLA MOGLIE LE SUE PREOCCUPAZIONI PER LA PATRIA

CICERONE

Pronomi personali, dimostrativi, determinativi; superlativi; numerali; proposizioni relative, infinitive, complete, concessive, interrogative indirette, finali, causali; cum + congiuntivo, perifrastica passiva, periodo ipotetico, participio

Tullius s. d. Terentiae suae. Si tu et Tullia, lux nostra, valetis, ego et suavissimus Cicero valemus. Pr. Idus Oct. Athenas venimus, cum sane adversis ventis usi essemus tardeque et incommode navigassemus. De nave exeuntibus nobis Acastus cum litteris praesto fuit uno et vicesimo die, sane strenue. Accepi tuas litteras, quibus intellexi te vereri, ne superiores mihi redditae non essent: omnes sunt redditae diligentissimeque a te perscripta sunt omnia, idque mihi gratissimum fuit. Neque sum admiratus hanc epistolam, quam Acastus attulit, brevem fuisse; iam enim me ipsum exspectas sive nos ipsos, qui quidem quam primum ad vos venire cupimus, etsi, in quam rem publicam veniamus, intelligo; cognovi enim ex multorum amicorum litteris, quas attulit Acastus, ad arma rem spectare, ut mihi, cum venero, dissimulare non liceat, quid sentiam; sed, quoniam subeunda fortuna est, eo citius dabimus operam ut veniamus, quo facilius de tota re deliberemus. Tu velim, quod commodo valetudinis tuae fiat, quam longissime poteris, obviam nobis prodeas.

RIFLETTIAMO SUL TESTO

valetis ... valemus: il verbo *valere* non ha qui il significato di «avere valore», ma un altro, sempre presente in espressioni di questo tipo all'inizio di una lettera. Ricorda anche l'espressione *ave atque vale*;

Pr. Idus Oct.: *Pridie Idus Octobris*, cioè «il giorno prima delle Idi di ottobre»: di quale data si tratta?

navigassemus: si tratta di una forma sincopata: di quale tempo e modo del verbo *navigo*?

exeuntibus nobis: dativo del participio presente di

exeo in funzione attributiva rispetto a *nobis*. Da che cosa è retto questo sintagma al dativo?

vereri, ne: per tradurre in maniera corretta, ricorda l'uso delle congiunzioni subordinanti dipendenti da un *verbum timendi*;

sum admiratus: *admiratus sum*; che tipo di proposizione introduce?

ad arma rem spectare: cerca sul vocabolario il significato particolare dell'espressione *spectare ad* + accusativo.

cum venero: come spieghi l'uso del futuro anteriore in questa proposizione temporale?

quid sentiam: di che tipo di proposizione si tratta e come fai a riconoscerla senz'ombra di dubbio?

dabimus operam: qual è il significato di questa espressione, tenendo conto del fatto che regge una proposizione completiva?

quo ... deliberemus: come spieghi, in questa propo-

sizione finale, la congiunzione subordinante *quo* al posto di *ut*?

Tu velim ... prodeas: il pronome personale *tu* è anticipato ("prolettico") rispetto al verbo di cui è soggetto (*prodeas*). Che valore ha qui il congiuntivo indipendente *velim* e che tipo di proposizione introduce?

4

ROMA È DIVENTATA UN PERICOLO PER LE DONNE ONESTE

CICERONE

Pronomi dimostrativi, personali, indefiniti, determinativi, riflessivi; proposizioni infinitive, interrogative indirette, ipotetiche, dichiarative, temporali, finali; cum + congiuntivo, perifrastica passiva

Tullius Terentiae suae et pater suavissimae filiae, Cicero matri et sorori s. d. plur. **Considerandum** vobis etiam atque etiam, animae meae, diligenter puto, quid faciatis, **Romaene sitis an** mecum an aliquo tuto loco: id non solum meum consilium est, sed etiam vestrum. Mihi veniunt in mentem **haec**: Romae vos esse **tuto** posse per Dolabellam eamque rem posse **nobis adiumento esse**, si **quae vis** aut si quae rapinae fieri coeperint; sed rursus **illud** me movet, quod video omnes bonos abesse Roma et eos mulieres suas secum habere, haec autem regio, in qua ego sum, nostrorum est **cum** oppidorum, **tum** etiam praediorum, ut et multum esse mecum et, cum **abieritis**, commode in nostris praediis esse possitis. **Mihi plane non satis constat adhuc**, utrum sit melius: vos videte, quid aliae faciant isto loco feminae, et **ne**, cum velitis, exire **non liceat**; id velim diligenter etiam atque etiam vobiscum et cum amicis consideretis. Domus ut **propugnacula** et praesidium habeat, Philotimo dicetis; et velim tabellarios instituat certos, ut quotidie aliquas a vobis litteras accipiam; maxime autem date operam, ut valeatis, si nos vultis valere. VIII Kal. Formiis.

SINTASSI	considerandum: <i>considerandum esse</i> Romaene sitis an: <i>utrum Romae maneatis an</i> haec: prolettico di <i>vos esse posse etc.</i> nobis adiumento esse: doppio dativo illud: prolettico di <i>quod video etc.</i>
MORFOLOGIA	Romae: locativo tuto: avverbio
EQUIVALENZE	quae vis: <i>aliqua vis</i> tum ... cum: <i>et... et</i> mihi plane non satis constat adhuc: <i>nondum plane intellego</i> ne ... non liceat: <i>ut liceat</i>
LESSICO	propugnacula: <i>baluardi, difese</i>
DERIVAZIONI	abieritis: <i>abeo</i>

LE DONNE NELLA ROMA ANTICA E IL PRIMO DIVORZIO

DA VALERIO MASSIMO

Pronomi determinativi, indefiniti; nesso relativo; numerali; proposizioni relative, infinitive, concessive, causali, finali; participio

Apud antiquos, mulieres quae uno contentae matrimonio erant corona pudicitiae honorabantur: existimabant enim eum praecipue matronae sincera fide incorruptum esse animum, qui depositae virginitatis cubile in publicum egredi nesciret, multorum matrimoniorum experientiam quasi legitimae cuiusdam intemperantiae signum esse credentes. Repudium inter uxorem et virum a condita urbe usque ad centesimum et quinquagesimum annum nullum intercessit. Primus autem Sp. Carvilius uxorem sterilitatis causa dimisit. Qui, quamquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehensione tamen non caruit, quia ne cupiditatem quidem liberorum coniugali fidei praeponi debuisse arbitrabantur. Sed quo matronale decus verecundiae munimento tutius esset, in ius vocanti matronam corpus eius attingere non permiserunt, ut inviolata manus alienae tactu stola relinqueretur.

ABNEGAZIONE DELLE MOGLI INDIANE

DA VALERIO MASSIMO

Pronomi interrogativi, dimostrativi, riflessivi, determinativi, indefiniti; proposizioni relative, interrogative indirette, cum + congiuntivo, ablativo assoluto, participio congiunto, congiuntivo indipendente, gerundivo

Verum quid ego fortissimos hoc in genere prudentiae viros laudem? Respiciantur Indorum feminae, quae, cum more patrio conplures eidem nuptae esse soleant, mortuo marito in certamen iudiciumque veniunt, quam ex his maxime dilexerit. Victrix gaudio exultans deductaque a necessariis laetum prae se ferentibus vultum coniugis se flammis superiacit et cum eo tamquam felicissima crematur: superatae cum tristitia et maerore in vita remanent. Protrahe in medium Cimbricam audaciam, adice Celtibericam fidem, iunge animosam Thraciae potentiam et sapientiam, adnecte Lyciorum in luctibus abiciendis callide quaesitam rationem, Indico tamen rogo nihil eorum praeferes, quem uxoria pietas in modum genialis tori propinquae mortis secreta conscendit.

IL DOVERE DEL MARITO SECONDO VARRONE E L'ESEMPIO DI SOCRATE

GELLIO

Pronomi dimostrativi, riflessivi, determinativi; comparativi; verba narrandi, deponenti; proposizioni infinitive interrogative indirette, temporali, consecutive, relative, ipotetiche; perifrastica passiva, participio congiunto

Xanthippe, Socratis philosophi uxor, morosa admodum fuisse fertur et iurgiosa irarumque et molestiarum muliebrium per diem perque noctem scatebat. Has eius intemperies in maritum Alcibiades demiratus interrogavit Socraten, quaenam ratio esset, cur mulierem tam acerbam domo non exigeret. "Quoniam," inquit Socrates "cum illam domi talem perpetior, insuesco et exerceor, ut ceterorum quoque foris petulantiam et iniuriam facilius feram." Secundum hanc sententiam M. quoque Varro in satura Menippea, quam de officio mariti scripsit: "Vitium" inquit "uxoris aut tollendum aut ferendum est. Qui tollit vitium, uxorem commodiorem praestat; qui fert, sese meliorem facit." Haec verba Varronis "tollere" et "ferre" lepide quidem composita sunt, sed "tollere" apparet dictum pro "corrigerere". Id etiam apparet eiusmodi vitium uxoris, si corrigi non possit, ferendum esse Varronem censuisse, quod ferri scilicet a viro honeste potest; vitia enim flagitiis leviora sunt.

LUCREZIA

LIVIO

Proposizioni temporali, infinitive, finali; cum + congiuntivo, ablativo assoluto, participio, periodo ipotetico, infinito narrativo

Si tratta dell'episodio che porterà Lucrezia a uccidersi di lì a poco. Puoi trovare il seguito di questo testo nella parte antologica.

Sex. Tarquinius inscio Collatino cum comite uno Collatiam venit. Ubi exceptus benigne ab ignaris consilii cum post cenam in hospitale cubiculum deductus esset, amore ardens, postquam satis tuta circa sopitique omnes videbantur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit sinistraque manu mulieris pectore oppresso "Tace, Lucretia" inquit; "Sex. Tarquinius sum; ferrum in manu est; moriere, si emiseris vocem." Cum pavida ex somno mulier nullam opem, prope mortem imminentem videret, tum Tarquinius fateri amorem, orare, miscere precibus minas, versare in omnes partes muliebrem animum. Ubi obstinatum videbat et ne mortis quidem metu inclinari, addit ad metum dedecus: cum mortua iugulatum servum nudum positurum ait, ut in sordido adulterio necata dicatur.

LUCREZIA

EUTROPIO

Pronomi determinativi, nesso relativo; numerali, superlativi; verbi deponenti; proposizioni relative; participio, cum + congiuntivo

Quella che segue è invece la versione di Eutropio, dai toni certamente meno drammatici rispetto al racconto di Livio.

L. Tarquinius Superbus, septimus atque ultimus regum, Volscos, **quae gens** ad Campaniam **euntibus** non longe ab urbe est, vicit, Gabios civitatem et Suessam Pometiam subegit, cum Tuscis pacem fecit et templum Jovis in Capitolio aedificavit. Postea Ardeam oppugnans, **in octavo decimo miliario** ab urbe Roma positam civitatem, imperium perdidit. Nam cum filius eius, et ipse Tarquinius iunior, nobilissimam feminam Lucretiam eandemque pudicissimam, Collatini uxorem, **stuprasset** eaque de iniuria marito et patri et amicis **questa fuisset**, in omnium conspectu se **occidit**. **Propter quam causam** Brutus, parens et ipse Tarquini, populum concitavit et Tarquinio ademit imperium. Mox exercitus quoque eum, qui civitatem Ardeam cum ipso rege oppugnabat, reliquit; veniensque ad urbem rex portis clausis exclusus est, cumque **imperasset** annos quattuor et viginti cum uxore et liberis suis fugit. Ita Romae **regnatum est per septem reges** annis ducentis quadraginta tribus, cum adhuc Roma, ubi plurimum, **vix** usque ad quintum decimum miliarium possideret.

SINTASSI

quae gens: *gens, quae*

EQUIVALENZE

euntibus: *iis, qui eunt*

in octavo decimo miliario: *duodeviginti milia passuum*

Propter quam causam: *qua re*

regnatum est per septem reges: *septem reges regnaverunt*



MORFOLOGIA	stuprasset: <i>stupravisset</i> questa fuisset: <i>questa esset</i> imperasset: <i>imperavisset</i> vix: avverbio
DERIVAZIONI	questa: <i>queror</i> occidit: <i>ob + caedo</i>

10

IL SACRIFICIO DI LUCREZIA DETERMINA LA FINE DELLA MONARCHIA A ROMA

EUTROPIO

Pronomi indefiniti, dimostrativi; numerali, comparativi; proposizioni finali, complete, relative improprie, infinitive; periodo ipotetico, ablativo assoluto

Hinc consules coepere, pro uno rege duo, hac causa creati, ut, si unus malus esse voluisset, alter eum, habens potestatem similem, coerce- ret. Et placuit, ne imperium longius quam annum haberent, ne per diuturnitatem potestatis insolentiores redderentur, sed civiles sem- per essent, qui se post annum scirent futuros esse privatos. Fuerunt igitur anno primo ab expulsis regibus consules L. Iunius Brutus, qui maxime egerat, ut Tarquinius pelleretur, et Tarquinius Collatinus, maritus Lucretiae. Sed Tarquinio Collatino statim sublata est dignitas. Placuerat enim, ne quisquam in urbe remaneret, qui Tarquinius vo- caretur. Ergo accepto omni patrimonio suo ex urbe migravit, et loco ipsius factus est L. Valerius Publicola consul. Commovit tamen bellum urbi Romae rex Tarquinius, qui fuerat expulsus, et collectis multis gen- tibus, ut in regnum posset restitui, dimicavit.

11

FORTUNATA

PETRONIO

Pronomi indefiniti, determinativi, dimostrativi; superlativi; proposizioni finali, interrogative indirette, ipotetiche, temporali, infinitive, relative; congiuntivo indipendente

Il brano seguente, dal romanzo di Petronio Satyricon, scritto nel II secolo d.C., è tratto da un dialogo tra due dei protagonisti che, trovandosi al ban- chetto del ricco Trimalchione, si scambiano informazioni e giudizi su sua moglie, Fortunata. Il testo è interessante anche perché presenta molti ter- mini ed espressioni del linguaggio parlato.

Non potui amplius **quicquam** gustare, sed conversus ad eum, ut **quam plurima** exciperem, longe accersere fabulas coepi sciscitarique **quae** esset mulier illa **quae** huc atque illuc discurreret.”Uxor, inquit, Trimalchionis, Fortunata appellatur, quae **nummos modio metitur**. Et modo, modo quid fuit? Ignoscet mihi genius tuus, **noluisse** de manu

RIFLETTIAMO SUL TESTO

Non ... quicquam: quale pronome indefinito avresti trovato al posto di *quicquam*, se nella frase non fosse già stata presente una negazione?

Quam plurima: uno dei due interlocutori vuole sapere “quanto più possibile” riguardo a Fortunata.

quae ... quae: questi due termini, apparentemen- te uguali, lo sono soltanto nella grafia; in realtà hanno funzioni diverse e introducono due diffe-

renti proposizioni: quali e di che tipo?

nummos modio metitur: è la prima espressione colloquiale del nostro testo, che sottolinea come Trimalchione e la moglie sono così ricchi da non poter propriamente “contare” i loro soldi. Che cosa fanno, invece?

noluisse: a quali tempo e modo appartiene questa forma del verbo *nolo*? Traduci con il condizio- ➤

illius panem accipere. Nunc, **nec quid nec quare, in caelum abiit** et Trimalchionis **topanta** est. Ad summam, **mero meridie** si dixerit illi tenebras esse, credet. Ipse nescit quid habeat, adeo **saplutus** est; sed haec **lupatria** providet omnia, et ubi non putes. Est sicca, sobria, bonorum consiliorum: **tantum auri** vides. Est tamen malae linguae, **pica pulvinaris**. Quem amat, amat; quem non amat, non amat.

RIFLETTIAMO SUL TESTO

nale (presente o passato?);

nec quid nec quare: altra espressione colloquiale, corrispondente pressappoco al nostro “né perché né per come”. Ma esattamente che cosa sono *quid* e *quare*?

in caelum abiit: l'espressione, naturalmente, non va presa alla lettera; si tratta invece di una metafora, usata per indicare l'ascesa sociale di Fortunata;

topanta: la parola si trova una volta soltanto in tutta la letteratura latina, nel testo che stiamo considerando. Si tratta dell'espressione greca *tò pánta* («tutto quanto»), direttamente traslitterata nei caratteri latini;

mero meridie: quasi un gioco di parole, che utilizza anche la figura retorica dell'allitterazione, per rendere in maniera incisiva il concetto che si vuole esprimere;

saplutus: anche questo termine, di forma aggettivale, si trova solamente in Petronio e anch'esso è di derivazione greca, da *ploutos*, «ricchezza»;

lupatria: termine, più che popolare, addirittura volgare, che deriva da una particolare accezione della parola *lupa*, «donna di facili costumi» (cfr. anche *lupanar*);

tantum auri: anche in italiano, nel linguaggio colloquiale, si usano sintagmi costruiti allo stesso modo, come per esempio “tanto d'occhi”, “tanto di cappello”;

pica pulvinaris: questa espressione, invece, trae la sua originalità dall'accostamento di un termine del linguaggio quotidiano, *pica* (“gazza”), detto di una donna pettegola, a una parola di tono elevato come *pulvinar* (“camera da letto” di una dea o imperatrice), usata però in maniera scherzosa.

12

CLODIA CICERONE

Pronomi personali, determinativi, dimostrativi, interrogativi, indefiniti; proposizioni relative, ipotetiche, infinitive, interrogative; ablativo assoluto, cum + congiuntivo; gerundivo

Obliviscor iam iniurias tuas, Clodia, depono memoriam doloris mei; quae **abs** te crudeliter in meos **me absente** facta sunt, neglego; **ne sint** haec in te dicta, quae dixi. Si quae mulier sit eius modi, qualem ego paulo ante descripsi, tui dissimilis, **vita institutoque meretricio**, cum hac aliquid adulescentem hominem habuisse rationis num tibi **perturpe aut perflagitiosum** esse videatur? Ea si tu non es, sicut ego **malo**, quid est, quod obiciant Caelio? **Sin** eam te volunt esse, **quid est, cur** nos crimen hoc, si tu contemnis, pertimescamus? Quare nobis da viam rationemque defensionis. Aut enim pudor tuus **defendet** nihil a M. Caelio **petulantius** esse factum, aut impudentia et huic et ceteris magnam **ad se defendendum** facultatem dabit.

MORFOLOGIA	abs : a, ab vita institutoque meretricio : ablativi di qualità malo : verbo petulantius : comparativo assoluto perturpe aut perflagitiosum : superlativi
SINTASSI	me absente : ablativo assoluto ne sint ... quae dixi : <i>ea quae dixi ne sint dicta in te</i>
EQUIVALENZE	in te : <i>contra te</i> Sin : <i>si autem</i> ad se defendendum : <i>ut se defendat</i> quid est, cur : <i>quia</i>

●●○ CALPURNIA PRESAGISCE LA MORTE DI CESARE

DA SVETONIO

Pronomi determinativi, riflessivi, dimostrativi; numerali; videor, verbi deponenti; proposizioni completive, causali, relative, interrogative indirette, concessive; cum + congiuntivo, ablativo assoluto, participio

Caesari futura caedes evidentibus prodigiis denunciata est. Eum imolantem haruspex Spurinna monuit ut caveret periculum, quod non ultra Martias Idus proferretur. Pridie autem easdem Idus avem regaliolum cum laureo ramulo Pompeianae curiae se inferentem volucres varii generis ex proximo nemore persecutae ibidem discerpserunt. Ea vero nocte, cui inluxit dies caedis, et ipse sibi visus est per quietem interdum supra nubes volitare, alias cum Iove dextram iungere; et Calpurnia uxor imaginata est conlabi fastigium domus maritumque in gremio suo confodi; ac subito cubiculi fores sponte patuerunt. Ob haec simul et ob infirmam validudinem diu cunctatus an se contineret et quae apud senatum proposuerat agere differret, tandem quinta fere hora progressus est. Dein pluribus hostiis caesis, introiit curiam spreta religione Spurinnamque irridens et ut falsum arguens, quod sine ulla sua noxa Idus Martiae adessent: quamquam is venisse quidem eas diceret, sed non praeterisse.

●●○ LE MOGLI DI AUGUSTO: FULVIA, SCRIBONIA, LIVIA

SVETONIO

Pronomi indefiniti, determinativi; numerali; verbi assolutamente impersonali; proposizioni completive, incidentali; ablativo assoluto; participio

Sponsam habuerat adulescens P. Servili Isaurici filiam, sed reconciliatus post primam discordiam Antonio, expostulantibus utriusque militibus ut et necessitudine aliqua iungerentur, privignam eius Claudiam, Fulviae ex P. Clodio filiam, duxit uxorem vixdum nubilem ac simultate cum Fulvia socru orta dimisit intactam adhuc et virginem. Mox Scriboniam in matrimonium accepit nuptam ante duobus consularibus, ex altero etiam matrem. Cum hac quoque divortium fecit, “pertaesus,” ut scribit, “morum perversitatem eius,” ac statim Liviam Drusillam matrimonio Tiberi Neronis et quidem praegnantem abduxit dilexitque et probavit unice ac perseveranter.

●●○ I MARITI DI GIULIA, FIGLIA DI AUGUSTO

SVETONIO

Pronomi indefiniti, dimostrativi; fero, verbi deponenti; proposizioni relative, temporali, infinitive; cum + congiuntivo, ablativo assoluto; participio

Ex Scribonia Iuliam, ex Livia nihil liberorum tulit, cum maxime cuperet. Infans, qui conceptus erat, immaturus est editus. Iuliam primum Marcello Octaviae sororis suae filio tantum quod pueritiam egresso, deinde, ut is obiit, M. Agrippae nuptum dedit exorata sorore, ut sibi genero cederet; nam tunc Agrippa alteram Marcellarum habebat et ex ea liberos. Hoc quoque defuncto, multis ac diu, etiam ex equestri ordine, circumspectis condicionibus, Tiberium privignum suum elegit coegitque praegnantem uxorem et ex qua iam pater erat dimittere. M. Antonius scribit primum eum Antonio filio suo despondisse Iuliam, dein Cotisoni Getarum regi, quo tempore sibi quoque in vicem filiam regis in matrimonium petisset.

●●○ LE MOGLI DI NERONE: OTTAVIA RIPUDIATA, ESILIATA E UCCISA

SVETONIO

*Pronomi dimostrativi,
determinativi, riflessivi,
nesso relativo;
proposizioni finali,
consecutive, infinitive,
relative improprie;
ablativo assoluto,
participio*

Uxores praeter Octaviam duas postea duxit, Poppaeam Sabinam quaestorio patre natam et equiti Romano antea nuptam, deinde Statilium Messalinam, Tauri bis consulis ac triumphalis abneptem. Qua ut potetur, virum eius Atticum Vestinum consulem in honore ipso trucidavit. Octaviae consuetudinem cito aspernatus corripientibus amicis sufficere illi debere respondit uxoria ornamenta. Eandem mox saepe frustra strangulare meditatus dimisit ut sterilem, sed improbante divortium populo nec parente conviciis etiam relegavit, denique occidit sub crimine adulteriorum adeo impudenti falsoque, ut in quaestione pernegantibus cunctis Anicetum paedagogum suum indicem subiecerit, qui fingeret et dolo stupratam a se fateretur.

●●○ LE MOGLI DI NERONE: POPPEA E MESSALINA

SVETONIO

*Pronomi dimostrativi,
determinativi, riflessivi,
indefiniti; numerali;
fero; proposizioni
relative; participio*

Poppaeam duodecimo die post divortium Octaviae in matrimonium acceptam dilexit unice; et tamen ipsam quoque ictu calcis occidit, quod se ex aurigatione sero reversum gravida et aegra conviciis incesserat. Ex hac filiam tulit Claudiam Augustam amisitque admodum infantem. Nullum adeo necessitudinis genus est, quod non scelere perculerit. Antoniam Claudi filiam, recusantem post Poppaeam mortem nuptias suas quasi molitricem novarum rerum interemit; similiter ceteros aut affinitate aliqua sibi aut propinquitate coniunctos.

●●○ SENECA E PAOLINA: AMORE CONIUGALE ANCHE NELLA MORTE

DA TACITO

*Pronomi dimostrativi,
indefiniti, riflessivi,
determinativi, nesso
relativo; malo;
proposizioni temporali,
completive, finali,
infinitive; participio,
gerundio*

Ubi haec atque talia velut in commune disseruit, complectitur uxorem, et rogat oratque **temperaret** dolori. Illa contra sibi quoque destinatum mortem adseverat manumque percussoris exposcit. Tum Seneca, gloriae eius **non adversus, simul amore**, ne sibi unice dilectam ad iniurias relinqueret, «vitae» inquit «delenimenta monstraveram tibi, tu mortis decus mavis: **non invidebo exemplo**. Sit **huius tam fortis exitus** constantia penes utrosque par, **claritudinis plus** in tuo fine.» **Post quae** eodem ictu brachia ferro exsolvunt. Seneca, saevis cruciatibus defessus, ne dolore suo animum uxoris infringeret atque ipse visendo eius tormenta ad impatientiam **delaberetur, suadet** in aliud cubiculum **abscedere**. At Nero nullo in Paulinam proprio odio, ac ne **glisceret** invidia crudelitas, iubet inhiberi mortem.

temperaret: si tratta del verbo di una proposizione subordinata, non introdotto da alcuna congiunzione. In base a quale elemento è comunque possibile individuare la tipologia di questa subordinata?

adversus: participio di verbo deponente (quale?), che regge il dativo *gloriae*. Ha valore attivo o passivo?

amore: questo ablativo spiega uno dei motivi per cui Seneca non si oppone al desiderio della moglie di morire insieme a lui. Per quanto riguarda lo stile, si tratta di una cosiddetta *variatio* rispetto alla frase precedente, nella quale pure si adduce una ragione che impedisce a Seneca di ostacolare il gesto di Paolina;

non invidebo exemplo: per una maggiore chiarezza, considera la frase come se fosse *non invidebo tibi exemplo*. *Invidere alicui aliqua re* ha un significato particolare, che dovrai cercare sul vocabolario;

Huius tam fortis exitus: costruisci: *huius exitus tam fortis*. A quale declinazione appartiene *exitus* e in quale caso è espresso?

claritudinis plus: genitivo (*claritudinis*) dipendente da un pronome neutro (*plus*). Di che genitivo si tratta?

Post quae: *post haec verba*. Quale funzione ha il pronome relativo utilizzato in questo modo?

delaberetur: da che cosa dipende questo congiuntivo e quale tipo di proposizione individua?

suadet ... abscedere: il verbo *suadeo* regge qui una proposizione completiva all'infinito. In latino è però più frequente il caso di una completiva, introdotta da *suadeo*, resa con *ut* + congiuntivo. Prova a trasformare la frase del testo in una completiva di questo secondo tipo;

glisceret: il verbo *gliscere* significa "crescere lentamente". Qual è il suo soggetto? E quale funzione logica ha l'ablativo *invidia*?

19

LE MOGLI DEI GALLI

CESARE

Pronomi dimostrativi, indefiniti, determinativi, proposizioni comparative, temporali, ipotetiche; ablativo assoluto; participio

Viri, quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt, tantas ex suis bonis aestimatione facta cum dotibus communicant. Huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur fructusque servantur: uter eorum vita superarit, ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum pervenit. Viri in uxores, sicuti in liberos, vitae necisque habent potestatem; et cum paterfamiliae illustriore loco natus decessit, eius propinqui conveniunt et, de morte si res in suspicionem venit, de uxoribus in servilem modum quaestionem habent et, si compertum est, igni atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt.

DERIVAZIONI	pecunias: <i>pecus</i>
SINTASSI	uter: pronome prolettico di <i>ad eum</i> excruciatas interficiunt: <i>interficiunt eas, postquam excruciauerunt</i>
MORFOLOGIA	coniunctim: avverbio compertum est: impersonale
EQUIVALENZE	illustriore loco natus: <i>nobili genere natus</i> si res in suspicionem venit: <i>si habent suspicionem de ea re</i>
LESSICO	quaestionem: <i>quaestio</i> = processo

●●○ CHI È SENZA PECCATO...

VANGELO SECONDO GIOVANNI

Pronomi determinativi, riflessivi, indefiniti, personali, nesso relativo; doceo; proposizioni interrogative, finali; cum + congiuntivo; participio, imperativo negativo

Iesus autem perrexit in montem Oliveti. Et diluculo iterum venit in templum et omnis populus venit ad eum et sedens docebat eos. Adducunt autem scribae et Pharisei mulierem in adulterio deprehensam et stauerunt eam in medio; et dixerunt ei: “Magister, haec mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moses mandavit nobis huiusmodi lapidare; tu ergo quid dicis?” Haec autem dicebant temptantes eum ut possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat in terra. Cum autem perseverarent interrogantes eum, erexit se et dixit eis: “Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.” Et iterum se inclinans scribebat in terra. Audientes autem unus post unum exiebant, incipientes a senioribus, et remansit solus, et mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus dixit ei: “Mulier, ubi sunt? Nemo te condemnavit? Quae dixit: “Nemo, Domine.” Dixit autem Iesus: “Nec ego te condemnabo. Vade et amplius iam noli peccare.”

●●○ VALORE DELLE DONNE PRESSO I GERMANI

TACITO

Pronomi indefiniti, determinativi; comparativi; habeo, verbi deponenti; proposizioni infinitive, consecutive, relative, comparative ipotetiche; participio

Memoriae proditur quasdam acies inclinatam iam et labantes a feminis restitutas esse constantia precum et obiectu pectorum et monstrata cominus captivitate, quam longe impatientius feminarum suarum nomine timent, adeo ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obsides puellae quoque nobiles imperantur. Inesse quin etiam sanctum aliquid et providum putant, nec aut consilia earum aspernantur aut responsa neglegunt. Vidimus sub divo Vespasiano Veleam diu apud plerosque numinis loco habitam; sed et olim Albrunam et complures alias venerati sunt, non adulatione nec tamquam facerent deas.

●●○ ALESSANDRO MOSTRA RISPETTO PER LA FIGLIA DI OCHO

CURZIO RUFO

Pronomi determinativi, nesso relativo; comparativi; iubeo; proposizioni relative, infinitive, comparative, interrogative indirette; cum + congiuntivo, ablativo assoluto, participio congiunto

Igitur cum tempestivis conviviis dies pariter noctesque consumeret, non contentus artificum, quos e Graecia exciverat, captivae iubebantur suo ritu canere inconditum et abhorrens peregrinis auribus carmen. Inter quas unam rex ipse conspexit maestiolem quam ceteras et producentibus eam verecunde reluctantem. Excellens erat forma, et formam pudor honestabat: deiectis in terram oculis et, quantum licebat, ore velato suspicionem praebuit regi nobiliorem esse, quam ut inter convivales ludos deberet ostendi. Ergo interrogata quaenam esset, neptim se Ochi, qui nuper regnasset in Persis, filio eius genitam esse respondit, uxorem Hystaspis fuisse. E propinquis hic Darei fuerat, magni et ipse exercitus praetor. Adhuc in animo regis tenues reliquiae pristini moris haerebant. Itaque fortunam regia stirpe genitae et tam celebre nomen neptem Ochi reveritus, non dimitti modo captivam, sed etiam restitui ei suas opes iussit.

●●● ALESSANDRO SPOSA ROXANE

CURZIO RUFO

Pronomi determinativi, riflessivi, dimostrativi, indefiniti, nesso relativo; possum; proposizioni infinitive, concessive, relative, consecutive; cum + congiuntivo, gerundivo, discorso indiretto

Id (convivium) cum multa comitate celebraret, introduci XXX nobiles virgines iussit. Inter quas erat filia Oxyartis, Roxane nomine, eximia corporis specie et decore habitus in barbaris raro. Quae, quamquam inter electas processerat, omnium tamen oculos convertit in se, maxime regis minus iam cupiditatibus suis imperantis. Itaque ille, qui uxorem Darei, qui duas filias virgines, quibus forma praeter Roxanen comparari nulla potuerat, haud alio animo quam parentis aspexerat, tunc in amorem virgunculae ignobilis ita effusus est, ut diceret ad stabiliendum regnum pertinere Persas et Macedones conubio iungi; hoc uno modo et pudorem victis et superbiam victoribus detrahi posse: Achillem quoque, a quo genus ipse deduceret, cum captiva coisse; illam matrimonii iure velle iungi. Rex in medio cupiditatis ardore iussit adferri patrio more panem,—hoc erat apud Macedonas sanctissimum coeutium pignus,—quem divisum gladio uterque libabat.

●●● DIRITTI DEI MARITI SULLE DONNE IN ROMA ANTICA E IL GIUDIZIO DI CATONE

GELLIO

Pronomi determinativi, riflessivi, proposizioni infinitive, relative, completive, ipotetiche, consecutive, comparative; gerundio, periodo ipotetico

Qui de victu atque cultu populi Romani scripserunt, mulieres Romae atque in Latio aetatem abstemias egisse dicunt, et institutum esse ut cognatis osculum ferrent deprehendendi causa, ut odor indicium faceret, si bibissent. Marcus Cato multatas esse quoque a iudice mulieres refert non minus, si vinum in se, quam si probrum et adulterium admisissent. In eius oratione, quae inscribitur de dote, id quoque scriptum est, in adulterio uxores deprehensas ius fuisse maritis necare. De iure autem occidendi ita scriptum est: "In adulterio uxorem tuam siprehendisses, sine iudicio inpune necares; illa te, si adulterares sive tu adulterareris, digito non auderet contingere, neque ius est."

●●● SACRIFICIO DI UNA MOGLIE

PLINIO IL GIOVANE

Pronomi determinativi, riflessivi, nesso relativo; indefiniti, proposizioni interrogative indirette, temporali, relative, completive; discorso indiretto

Quam multum interest quid a quoque fiat! Eadem enim facta claritate vel obscuritate facientium aut tolluntur altissime aut humillime deprimuntur. Navigabam per Larium nostrum, cum senior amicus ostendit mihi villam, atque etiam cubiculum quod in lacum prominet: "Ex hoc" inquit "aliquando municeps nostra cum marito se praecipitavit". Causam requisivi. Maritus ex diutino morbo circa velanda corporis ulceribus putrescebat; uxor ut inspiceret exegit; neque enim quemquam fidelius indicaturum, possetne sanari. Vidit, desperavit, hortata est ut moreretur, comesque ipsa mortis, dux immo et exemplum et necessitas fuit; nam se cum marito ligavit abiecique in lacum. Quod factum ne mihi quidem, qui municeps, nisi proxime auditum est, non quia minus illo clarissimo Arriae facto, sed quia minor ipsa.

ACCA LARENTIA

GELLIO

Pronomi determinativi, indefiniti, riflessivi; numerali; fio; proposizioni incidentali, infinitive, relative; participio congiunto

Accae Larentiae et Gaiiae Taraciae nomina in antiquis annalibus celebrata sunt. Earum alterae post mortem, Taraciae autem vivae amplissimi honores a populo Romano habiti sunt. Acca Larentia corpus in vulgus dabat pecuniamque emeruerat ex eo quaestu uberem. Ea testamento, ut in Antiatis historia scriptum est, Romulum regem, ut quidam autem alii tradiderunt, populum Romanum, bonis suis heredem fecit. Ob id meritum a flamine Quirinali sacrificium ei publice fit et dies e nomine eius in fastos additus. Sed Sabinus Masurius, in primo memorialium secutus quosdam historiae scriptores, Accam Larentiam Romuli nutricem fuisse dicit. "Ea" inquit "mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amisit. In illius locum Romulus Accae sese filium dedit seque et ceteros eius filios "fratres aruales" appellavit. Ex eo tempore collegium mansit fratrum arvalium numero duodecim, cuius sacerdotii insigne est spicea corona et albae infulae."

SENECA CONSOLA MARCIA PER LA PERDITA DEL FIGLIO: L'ESEMPIO DI OTTAVIA

DA SENECA

Pronomi indefiniti, determinativi, dimostrativi, riflessivi; numerali; fio, videor, composti di fero, verbi difettivi; proposizioni infinitive, causali; ablativo assoluto; gerundio, participio

Nella Consolatio ad Marciam Seneca ricorda alla donna, che ha appena perso un figlio in tenera età, che vi sono due modi per reagire a tale perdita: escludersi dal mondo, come Ottavia, o continuare a vivere con dignità, pur nella memoria del figlio, come Livia.

Duo tibi ponam ante oculos maxima et sexus et saeculi tui exempla. Octavia et Livia, altera soror Augusti, altera uxor, amiserunt filios iuvenes, utraque spe futuri principis certa: Octavia nullum finem per omne vitae suae tempus flendi gemendique fecit nec ullas admisit voces salutare aliquid adferentes; intenta in unam rem et toto animo adfixa, talis per omnem vitam fuit qualis in funere, adlevare recusans, secundam orbitatem iudicans lacrimas mittere. Nullam habere imaginem filii carissimi voluit, nullam sibi de illo fieri mentionem. Oderat omnes matres et in Liviam maxime furebat, quia videbatur ad illius filium transisse sibi promissa felicitas. Tenebris et solitudini familiarissima, aures suas adversus omne solacium clusit. A sollemnibus officiis seducta, et ipsam magnitudinis fraternae nimis circumlucentem fortunam exosa, defodit se et abdidit. Adsidentibus liberis, nepotibus lugubrem vestem non deposuit, non sine contumelia omnium suorum, quibus salvus orba sibi videbatur.